

## Veni, Veni, Emmanuel

I

Veni, veni, Emmá-nu-el, Captívum solve Is-ra-el,  
 Qui gemit in exsíl-i-o Pri-vá-tus De-i Fí-li-o.

R. Gaude, gaude, Emmá-nu-el Nascé-tur pro te, Is-ra-el.

2. Veni, veni, Rex géntium,  
 Veni, Redemptor omnium:  
 Ut salvas tuos famulos  
 Peccati sibi conscios. R.

3. Veni, veni, O Oriens,  
 Soláre nos ad véniens:  
 Noctis depélle nébulas,  
 Dirásque noctis ténebras. R.

4. Veni, Clavis Davídica,  
 Regna reclude cælica;  
 Fac iter tutum supérum,  
 Et claude vias ínferum. R.

5. Veni, O Jesse Vírgula:  
 Ex hostis tuos úngula,  
 De specu tuos tártari  
 Educ, et antro bárathri. R.

6. Veni, veni, Adónai,  
 Qui pópulo in Sínai,  
 Legem dedísti vértice,  
 In majestáte glóriæ. R.

7. Veni, O Sapiéntia,  
 Quæ hic disponis omnia:  
 Veni, viam prudéntiæ  
 Ut doceas et glóriæ. R.

## Antiphona pro trium voces:

I  
 Gau - de! Gau - de! Em - man - u -

II  
 Gau - de! Gau - de! Em - man - u -

III

I  
 -el na - sce - tur pro te Is - ra - el.

II  
 -el na - sce - tur pro te Is - ra - el.

III

Veni, Veni Emmanuel – trad. Latin from “O Antiphons” of Advent  
 Antiphon arrangement for 3 equal voices by Martin Hartley, 2014  
 This is a royalty-free work in the Public Domain.